

1542. d. 9. maij.

Sigismundus I. Rex, Poloniae
Civibus Cracoviensibus.

Tamati et Miramur et moleste
ferimus, quod non satis Delibera-
tum consilio vestro, et nobis negotij
multum exhibetis, et equestrem
ordinem vestri odio inflamatis ipsum
ad vos venisse accepimus Magnificum
Palatinum et Capitaneum Cracovien-
sem, atque a vobis putem postulas-
se, ut juxta constitutiones regni No-
biles quos cepistis, eos in custodia
sibi traderetis. Vos nihilominus ob-
firmato animo, tradere eos noluisse,
cum in regni status clare scriptum
sit, si Deprehensus in fauore sit
et a Civibus captus nobilis, neque
satis constat, vel ambigatur poti-
us inter Capitaneum et Consules,
an Capitalem fraudem admiserit
nec ne ad castrum eum diu oportet
re, ac tantisper ibi teneri, Dum per
nos utrum capitale sit fauore nec
ne cognitum sit. Contra hoc tam
aperte scriptum statutum vos
esse facere ausos male nos habet.
Nam si privilegia vos in contrari-
um habere pretenditis protestatio-
nem vobis facere licuit, et statu-
to nihilominus parere, neque ea

re

re juribus vestris et privilegijs quib;
quam Decessisset. Quare mandamus
vobis, ut simul has nostras literas
videritis nobiles captos Vicecapita;
neo custodiendos tradatis, nos vero
cum Christo bene juvante isthuc
incolumes redierimus, totam causam
hanc quomodo se habeat cognoscemus.
Datum Vilnae Die 9^a Maj 1542.